

2

Proemium.

vocari solet, sermonem ipsis fuisse, ei cui ipsorum scripta legere contigit, obscurum esse non potest.

*Cuius ins-
tio prima
difficilis.* §. 3. Verum enim verò, cùm in profundo quasi puto lateat rerum plerarumque Veritas, & alias, iuxta Græcorum illud Veriverbum, δύσκολα τὰ ναλά, difficilia sint quæ pulchra habentur; non nisi longo temporis spatio, multis experientis, labore maximo, aliquam hujus boni copiam partim impetrarunt, partim impetraveros se, jactis quibusdam fundamentis, sibi persuaserunt primi isti Philosophiæ conditores, qui tamen, ut omne bonum est communicativum sui, docendo postmodum inventam veritatem & scientiam, quantacunque fuerit, aliis communicare sedulè collaborarunt, tum quod scire suum nihil esse putarint, nisi hoc ipsos scire intelligeret alter; tum quod eo labore ad majorē scientiam perveniri posse, non dubitarint. Quem in finem etiam de aptâ & accommodatâ, quâ in docendo uteretur, methodo quilibet cogitavit. Hinc per Dialogos Socrates, Carminibus Empedocles, Fabulis alii ad propositam collimare metam tentarunt.

*Facilitatur
Methodo
Mathema-
ticorum* §. 4. Accuratisimâ interim viâ & methodo usi sunt Philosophorum antiquissimi, qui pro singulari quo præcærteris ad cruendas scientias flagrарunt, studio Mathematicis dicebantur, non eō sensu quo sibi postea parandæ autoritati titulum hunc arrogarunt vani Generthiaci, ab Augustino Planetarii, aliis Chaldæi dicti, quos Codex inter maleficos non injuriâ collocavit, sicuti hodie qui Politicorum nomen, versipelles: Medicorum, circumforanei, autoritatis ergo mentiuntur, eodem loco habendi; sed quod, ut uerbâves videm est ac addiscere, soiscitari, recordari, quod utramque in philosophando paginam absolvit, hi præcipue tales es- sent, qui sciscitarentur, h. e. verè philosopharentur..

*Qui co-
gnita neces-
saria velut
ad oculū de-
monstrātur.* §. 5. Etenim at hi summam in inquirendo semper adhibuerunt diligentiam, ita, si quam è naturæ gremio noviter eruerunt veritatis necessariæ certitudinem, ipsis velut parte summi boni felicitate impetrata, non tantum incredibili-

sem-